

IOANNIS  
FERRARII MON-  
TANI COMDEN-  
TARIUS,

*Omnibus qui in iure, foroq; iudicario uersantur,  
oppidò utilis, & rerum quotidianarum plenus.*

DE

Appellationibus, & earum uera ratione.

Supplicandi usu.

Restitutione aduersus rem iudicatam.

Exceptionibus, quæ sententias obliquiuntur.

Impedimentis executionum.

Recusationibus Iudicium.

VIRTVTATE DUCES,



COMITE FORTUNA.

L V G D V N I A P V D S E B.  
G R Y P H I V M,  
1542.

A M P L I S S I M O,  
C O N S U L T I S S I M O Q V E V I-  
ro Ioanni Halio, Iuris utriusque doctori,  
& Principali Consiliario, Io-  
annes Ferrarius

S. D. P.



O G I T A N T I mihi, vir amplif-  
sime, quis nam rerū sit status, quæ tem-  
porum nostrorum conditio: parum sese  
offert, quod à ueteri illa & ciuili insitu-  
tione now sit alienum. Porrò, ut reliqua  
mortaliū negotia præterierim, quotum esse existimas  
quenque ex ijs, qui pueritiam statim ab incunabulis,  
ut ita loquar, melioribus disciplinis quasi educandam su-  
scipiunt, in quibus non desideres, quod ad morum, uitæq;  
integritatem pertinet: in hoc grauius peccantes, quod  
innocentiam illam offendunt, cui maximè fuerat parcen-  
dam. Nō enim dici potest, quām citò imbibat puer ea, quæ  
in morum suorum Magistro uitia & conspicit, & obser-  
uat: minus obfutura, si illa conditione possent emendari.  
Quandoquidem Reipublicæ præparatur, in qua non mo-  
dò ipse rectè uiuere, sed etiam alijs bene uiuendi rationē  
ostendere debet: ut sic publicè quoque præstaret, cuius  
gratia disciplinarum Emporia est sectatus. Cæterum ex  
ipsis quoq; morum scholis corruptus in cinitatem profi-  
ciscitur, ubi tam abest ut meliorem uitæ speciem sit inuen-  
turus, ad quā ipse interim rectius cōponatur, quām quod  
maximè. Cum nullam hodie fermè sit inuenire Rempu-  
blicam, quæ non sui diſsimilis, prauæ consuetudinis cor-

\* 2.


ruptela



# DE APPELLA TIONIBVS, EARVMQVE VERA RATIONE, LIBER PRIMVS.

Vsum appellandi, non tam utilem quam necessarium, & quare introductus.

## CAPVT I.



**L**EX naturæ. *E* ILL OTIS, quod aiunt, pe-  
dibus suscep tam commentandi ratio-  
nem adgrediar, operæ pretium mibi  
facturus uideor, si de appellationis  
origine, atq; item usu aliquid prius  
degustauero, quam rem ipsam expo-  
nere incipiam. Porro ad deuincien-  
dam hominum uitam, Lege opus erat, quæ cum summa sit  
ratio, ut quidam apud Ciceronem definiunt, insita in na-  
tura, iubens ea quæ facienda sunt, prohibens q; contraria,  
Ius constituit, omnibus, quibus recta est ratio, datum. Vnde  
ad iustitiam illam ciuilem nos esse natos nemo non in-  
telligit, qua alium alio participamus, æquum ab iniquo di-  
scernimus, neminem ledimus: atq; ut semel dicam, quod no-  
bis fieri nolumus, alteri nequaquam facimus: quam societa-  
tem, coniunctionemq; si intemeratam obseruaremus, nihil  
præstabilius foret, nibil unū unitam simile, tam par, quam  
homines inter nosmetipos essemus: tantum abest, ut quem  
iniuria afficienes, quod suū est, ipſi non tribueremus. Ce-  
terū cū uel illa, uel quisquis est, qui humanæ, adcoq;  
sociae uitæ tantam felicitatem inuidet, effecisset, ut deprava-  
tio cōsuetudinum, atq; opinionum uanitas, animorum im-  
becill

